

LA «VITA ABRAHE ET NEPTIS EIUS» (BHL 12F)  
NEL MS. BERN, BURGERBIBLIOTHEK 377

trascrizione a cura di Alessandra Diciaula

Il testo qui trascritto si intitola [*Vita*] *Abrahe et neptis eius* e occupa i ff. 106<sup>v</sup>-107<sup>v</sup> del ms. Bern, Burgerbibliothek 377 (= B). Corrisponde alla seconda parte della *Vita Abrahae et Mariae in Hellesponto* e riguarda la conversione operata dal monaco Abramo nei confronti della nipote Maria.

L'opera completa è registrata nella *Bibliotheca Hagiographica Latina* (BHL)<sup>1</sup> al numero 12. Il racconto trasmesso dal manoscritto di Berna riproduce tuttavia una redazione diversa, segnalata per la prima volta nel *Novum Supplementum* della BHL con il numero 12<sup>f</sup>. Questa redazione, tuttora inedita, fa parte di un *supplementum* all'*Abbreuiatio in gestis et miraculis sanctorum* di Jean de Mailly. L'edizione dell'*Abbreuiatio* e del relativo *supplementum* è ora in corso di stampa a cura di Giovanni Paolo Maggioni<sup>3</sup>.

Il manoscritto di Berna, dopo essere stato descritto da H. Hagen<sup>4</sup> e da A. Dondaine nei suoi studi su Jean de Mailly<sup>5</sup>, è stato nuovamente

<sup>1</sup>. *Bibliotheca Hagiographica Latina antiquae et mediae aetatis*, ed. Socii Bollandiani, vol. 1: A-I, vol. 2: K-Z, Bruxellis 1898-1901 (Subsidia hagiographica 6).

<sup>2</sup>. *Bibliotheca Hagiographica Latina antiquae et mediae aetatis. Novum Supplementum*, ed. H. Fros, Bruxelles 1986 (Subsidia hagiographica 70).

<sup>3</sup>. IOHANNES DE MAILLIACO, *Abbreuiatio in gestis et miraculis sanctorum*, ed. G. P. Maggioni, Firenze, SISMEL-Edizioni del Galluzzo (di prossima pubblicazione). Ringrazio il prof. Maggioni per avermi cortesemente consentito di accedere in anticipo ad alcune parti della sua edizione.

<sup>4</sup>. H. HAGEN, *Catalogus codicum Bernensium*, Bern 1874, pp. 354-6.

<sup>5</sup>. A. DONDAINE, *Le dominicain français Jean de Mailly et la "Légende dorée"*, «Archives d'histoire dominicaine» 1 (1946), pp. 53-102; JEAN DE MAILLY, *Abrégé des gestes et*

esaminato e studiato da Guy Philippart<sup>6</sup>. Dalla sua presentazione ricaviamo i dati seguenti.

Il codice, pergameneo, non è anteriore al 1243, data del *colophon* dell'*Abbreviatio* (f. 93<sup>v</sup>), e sembra essere stato copiato a Metz. Conta 160 fogli, numerati 1-69 e 69a-159. Nella sua formazione si distinguono due tappe: il codice primitivo, composto di 17 fascicoli, si chiudeva con il f. 144 (la parte inferiore del f. 142<sup>v</sup> e i ff. 143<sup>r</sup>-144<sup>v</sup> sono bianchi); in seguito furono aggiunti due fascicoli, di una pergamena più rigida (ff. 145<sup>r</sup>-159<sup>r</sup>), per consentire ad un nuovo scriba di copiare altri testi; quest'ultimo cominciò il lavoro dal f. 142<sup>v</sup>, dove il suo predecessore si era fermato.

Il manoscritto primitivo contiene l'*Abbreviatio in gestis et miraculis sanctorum* di Jean de Mailly (ff. 1r-93v) e una serie di leggende agiografiche (ff. 93<sup>v</sup>-142v)<sup>7</sup>. Esse si susseguono in un insieme ben organizzato che Philippart suddivide in cinque sezioni:

1. (ff. 93<sup>v</sup>-94<sup>v</sup>) un miracolo della Vergine
2. (ff. 94<sup>v</sup>-111<sup>v</sup>) otto *Vitae* di santi orientali: Giovanni Elemosinario, Malco, Pafnuzio, Taide, Abramo e Maria, Zosima e Maria Egiziaca<sup>8</sup>, Eufrosina, Marina
3. (ff. 111<sup>v</sup>-117<sup>r</sup>) ventuno racconti tratti dalle *Vitae Patrum* e uno dai *Dialogi* di Gregorio Magno; a metà di questa serie di racconti compare la vita di sant'Alessio (ff. 115<sup>r</sup>-116<sup>r</sup>)
4. (ff. 117<sup>r</sup>-126<sup>v</sup>) sette *Vitae* di santi occidentali: Gongolfo (di Borgogna), Simplicio di Autun, Arnolfo di Metz, Segolene badessa di Tro-

*miracles des saints*, trad. fr. A. Dondaine, Paris 1947 (Bibliothèque d'histoire dominicaine 1).

<sup>6</sup>. G. PHILIPPART, *Le manuscrit 377 de Berne et le supplément au légendier de Jean de Mailly*, «Analecta Bollandiana» 92 (1974), pp. 63-78.

<sup>7</sup>. I due fascicoli aggiunti successivamente contengono un estratto dallo *Pseudo-Matthaei Evangelium*, un sermone, visioni ed *exempla*, un testo sul computo.

<sup>8</sup>. Konrad Kunze vi individuava una redazione fino ad allora sconosciuta della leggenda di Maria Egiziaca: *Studien zur Legenda der heiligen Maria Aegyptiaca im deutschen Sprachgebiet*, «Philologische Studien und Quellen» 49 (1969), p. 193.

clar nella diocesi d'Albi, Massimino di Treviri, Elisabetta di Ungheria, Glodesinda di Metz

5. (ff. 126<sup>v</sup>-142<sup>v</sup>) i *Gesta Salvatoris* e un *Planctus Mariae*.

Secondo Philippart, ciò che caratterizza questi testi, ad eccezione degli ultimi due (*Gesta Salvatoris* e *Planctus Mariae*),

c'est leur originalité littéraire par rapport aux diverses recensions des mêmes légendes. Aucun des récits transmis n'est jusqu'ici attesté tel quel ailleurs. Comme dans l'*Abbreviatio* de Jean de Mailly, il s'agit chaque fois d'une manière originale, littérairement parlant, de raconter une légende connue<sup>9</sup>.

Questa particolarità lo induceva a domandarsi «si la collection en question ne serait pas, elle aussi, de la plume de Jean de Mailly»<sup>10</sup>, ipotesi di cui Maggioni, nella sua citata edizione, ha dimostrato la fondatezza con validi argomenti.

#### NOTA AL TESTO

Particolarità ortografiche: chiusura sistematica in *e* dei dittonghi *ae*, *oe*; *-ti-* intervocalico reso talora con *-ci-* (*pigricia*, *leticia*, *gracia*); sistematica epentesi della velare in *michi*; un caso di *-d* in luogo di *-t* (*capud*); un caso di geminazione (*peccunias*); qualche caso di scambio *n/m* (*auumculus*, *iocumdius*, *nunquam*)

Nella trascrizione è stata rispettata integralmente la grafia del codice; sono state sciolte le abbreviazioni e inserite le maiuscole e la punteggiatura secondo l'uso moderno. Gli interventi sul testo si limitano all'integrazione di lettere omesse all'interno di parole, necessaria alla lettura; in apparato sono anticipate le proposte di *emendatio* per i luoghi corrotti avanzate nella sua edizione da Maggioni.

<sup>9</sup>. PHILIPPART, *Le manuscrit 377 de Berne* cit., p. 75.

<sup>10</sup>. Ibidem.



[106v] ABRAHE ET NEPTIS EIUS

Cum ad sanctum Abraham heremitam filia fratris eius defuncti annorum septem ab amicis educta fuisset et ille eam secum in alia cellula reclusisset, per modicam fenestram ipsam in litteris et moribus instruebat; et illa aumculum suum in omni profectu uirtutum imitans, cum  
5 illa infinitas peccunias ei a patre derelictas pauperibus erogari iussisset, ne cor puelle ad illas traheretur, sic uiginti annis in summa sanctitate cum illo manebat. Post hec instinctu diaboli quidam monachus sub obtentu edificationis se pergere ad ipsam simulauit; et eius nimia pulchritudine captiuatus per annum continuum eam ad peccatum alliciens,  
10 tandem egressam de cellula uiolauit. Tunc illa expauescens quod fecerat, conscisso cilicio quo erat induta, faciem suam pugnis uerberans et pre dolore nimio se ipsam occidere cupiens eo quod tot bona perdiderat, in tot mala corruerat, deum offendens aumculo suo dolorem amarissimum et sibi obprobrium et anime sue mortem et diabolo gaudium  
15 tam male corruens acquisisset, non audens redire ad cellulam, desperata perrexit in aliam longius ciuitatem. Et deposito habitu in stabulo cuiusdam hominis se totam ad peccati ministerium relaxauit. Interea aumculus eius uidit in somnis draconem maximum fortiter sibilantem et quasi de antro suo usque ad cellulam eius uenientem et deglutire  
20 columbam ibi repertam et sic redisse iterum ad speluncam. Euigilans Abraham amarissime flere cepit estimans diabol*<i>* persecutionem contra dei ecclesiam concitari; et timore tormentorum uel errore hereticorum aliquos ab ecclesia separari. Orans ergo deum ut sibi ostenderet hoc secretum, post duos dies uidit eundem draconem ad cellam suam  
25 uenientem et posuisse capud sub pedibus eius fuisseque diruptum, columbam quoque quam deuorauerat uiuam in mente eius repertam et extendisse manum uiuamque eam cepisse. Euigilans senex et somnium non attendens, uocauit [107r] neptem suam et semel et iterum putans

22. diaboli] diabol B 27. mente] capite *Mag* 28. extendisse] tetendisse *Mag*

30 eam uel infirmitate uel pigricia dormientem; et mirabatur quod sic bi-  
 duo tacuisset et nunquam ei in dei laudibus respondisset. Sed, cum cla-  
 manti fortius nil penitus responderet, intelligens ad neptem suam per-  
 tinere uisionem, inestimabili dolore profusus in lacrimas per duobus  
 35 annos quos significauerant duos dies non cessauit plangere neptem  
 suam; et in ipsis lacrimis semper domino supplicabat ut eam reduceret  
 ad salutem. Post duos igitur annos audito et comperto certissime quo-  
 modo et ubi illa maneret a quodam amico suo mutuauit equum et habi-  
 tum militarem et ita mutatus unum solidum secum tulit; et quasi miles  
 incognitus et in predicto stabulo hospitatus sollicite circumspiciebat ut  
 40 eam uideret. Et subridens rogauit hospitem suum ut ei ostenderet puel-  
 lam quam ita audierat speciosam. Que cum uocata uenisset et eam  
 auumculus eius in habitu meretricis uideret, pene usque ad mortem pre  
 dolore solutus amaritudinem leto uultu celauit et erumpentes lacrimas  
 uirtuose detinens ne, forte ab illa cognitus, eam effugaret, residentibus  
 45 et bibentibus cepit cum ea uir sanctus ludere et deosculari caput eius.  
 Cumque et ipsa oscularetur eum, sentiens corpus eius ex odore absti-  
 nentie suauissime redolere, uehementer ingemuit et lacrimas fundens in  
 hec uerba prorupit: «Ve michi misere soli». Tunc dominus domus stu-  
 pefactus ait: «Quid est mi domina Maria quod tam subito tam grauiter  
 50 suspi<rasti>? Iam duobus annis hic permanes et nunquam usque modo  
 uerbum triste dixisti». At illa: «Beata», inquit, «essem si ante triennium  
 defuncta fuisset». Tunc uir sanctus ne agnosceretur seuerius ait illi:  
 «Modo in leticia sumus et tu peccata tua commemorare uenisti?». Pro-  
 ferens ergo uir dei denario dedit hospiti rogans parari optimata cenam  
 55 ut cum illa puella posset iocumdius epulari. Et ecce uir sanctus qui per  
 quinquaginta annos panem non gustauerat pro zelo anime pereuntis  
 panem uinum carnesque comedit et post cenam admonitionem illius  
 iuuencule cubiculum in sublimi speciosum stratum alacriter introiuit.  
 Cumque puella sedentem in lecto disalciare uellet et ille magis obse-  
 60 rare ostia coegisset, dixit ei: «Domina mea Maria, appropinqua michi».

33. lacrimas] lacrimis *Mag* ~ duobus] duos *Mag* 49. mi *secl.* *Mag* 50. suspi B:  
 suspirasti *Mag* ~ iam] nam *Mag* 52. seuerius] seuerus *Mag* 54. optimata] optimam  
*Mag* 57. admonitionem] ad admonitionem *Mag*

Et cum accedentis manum firmiter teneret quasi eam osculari uellet, discooperiens faciem et erumpens in fletum ait: «Filia mea Maria, non me cognoscis? Cor meum, non me cognoscis? Nonne ego sum qui [107v] te nutriui? Quid tibi factum est et quomodo, filia mea? Quis te interfecit? Ubi est habitus ille angelicus quem habebas, filia mea? Ubi lacrimae, ubi uigilie, ubi sunt bona illa que feceras, filia mea? Unde et ubi credidisti, filia mea? Quando peccasti, cur michi non dixisti? Et ego et frater meus pro te penitentiam egissemus. Quis enim sine peccato nisi solus deus? Cur me in tali dolore intolerabili dimisisti?». Cumque hec et alia diceret et illa timore et dolore prostrata uelut lapis inter manus eius confusa taceret, «Non michi», inquit, «loqueris, o filia mea? Cur non loqueris mecum, filia mea et cor meum? Nonne propter te huc ueni, filia mea? Super me sit hoc peccatum; ego pro tuo peccato satisfaciam Deo». Cum ergo usque ad medium noctis uerbis huiusmodi mestissimam confortasset et illa in eum pre pudore respicere non auderet, ille ex multa dei misericordia promittens ei ueniam, proponens etiam ei in exemplum Mariam Magdalenam et alia huiusmodi per que deus ostendit quod non uult mortem peccatorum sed uitam, aurum et uestes que de peccato adquisierat penitenti consulit ut dimittat; et sic summo diluculo equo suo impositam quasi pastor ouem inuentam ad locum proprium reportatam collocauit in interiori cellula neptem suam. Ubi illa induta cilicio in tanto dolore et penitentia per triennium se afflixit quod postea deus per eam miracula multa fecit. Sanctus uero Abraham auumculus eius deum semper glorificans de gracia quam nepoti eius tribuit, post decem annos, scilicet septuagesimo uice suo in pace quieuit.

69. cum *Mag* 81. neptam *Mag* 85. uice suo] uite sue *Mag*